



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum tota hæc vita sit contritionis tempus? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

50 QVÆ ST. III. ART. III.

nem ad totum , quasdam plus , quasdam min-  
or , qui aliquam communitatē diligit , virtute  
los digit , plus & minus secundum eorum ordinē  
bono communi . Et similiter qui dolet de hoc ,  
Deum offendit , de diuersis implicitē dolet di-  
mode , secundum quod plus vel minus per ea Deum op-  
offendit .

Ad tertium dicendum , quod quamvis quo-  
peccatum mortale à Deo auerrat & gratiam dicit  
tamen quoddam plus elongat , quam aliud : in peccati  
tum maiorem habet dissonantiam ex sua inordi-  
ne ad ordinem diuinae bonitatis , quam aliud , tra-  
satisfac-

QVÆ ST. IV.

*De tempore contritionis, in tres articulos di-  
videtur.*

**D**EINDE considerandum est de tempore con-  
tritionis .

¶ Circa quod queruntur tria .

¶ Primo , vtrum tota hæc vita sit contritionis  
tempus ?

¶ Secundo , vtrum expedit continue de peccato  
dolere ?

¶ Tertio , vtrum post hanc vitam anima de peccato  
conterantur ?

ARTIC. I.

dictum

*Vtrum tota hæc vita sit contritionis tempus detesta-*

*Th. 4. d. 17. q. 2. A* D primum sic proceditur . Videtur , quod nō sit , quia

*ar. 4 q. 1. A* tota hæc vita sit contritionis tempus . Sicut contri-

*¶ seq. de* tationis tempus est dolor , ita & pœna . Quam

*\*l. b. 2. de pœn. c 7. A* Sed non per totam vitam durat pudor de peccato commisso .

*a medio, 30. 1. A* ( sicut dicit Amb. \*) non habet quod erubescat retardare

*peccatum dimisum est . Ergo videtur quod necepsiter*

*tritio , qua est dolor de peccato .* quia te

¶ 2 Præterea , 1. Ioan. 4. dicitur , quod per recuperationis foras mittit timorem : quoniam timor peccati te

habet . Sed dolor etiam pœnam habet . Ergo in ad peccatum

tu perfectæ charitatis non potest dolor contritudo semper manere .

¶ 3 Præterea , De præterito non potest esse atermi-

ta

min  
or, qui proprie est de malo præsenti: nisi secundum  
tute uod aliquid de peccato præterito in præsenti manet.  
ordin ed quandoque peruenitur ad aliquem statum in hac  
hoc sita, in quo nihil de peccato præterito manet; neque  
et dispositio, neque culpa, neque reatus aliquis. Ergo  
ea D<sup>a</sup> oportet vñterius de illo peccato dolere.

¶ 4 Præterea, Rom.8. dicitur, quod diligentibus  
s quo Deum omnia cooperantur in bonum, etiam peccata,  
am to dicit glos. \* Ergo non oportet post remissionem,  
: in seccati, quod de ipso doleat.  
ordin ¶ 5 Præterea, Contritio est pars pœnitentia con-  
ud , tra satisfactionem diuisa. Sed non oportet semper fa-  
sifacere . Ergo nec oportet semper de peccato con-  
s diu teri.  
re co SED contra, August. in lib. de pœnitentia \* dicit,  
quod ubi dolor finitur, deficit pœnitentia; ubi defi-  
cit pœnitentia, nihil relinquitur de venia. Ergo vi-  
cionis letur, cum oporteat veniam concessam non perdere ,  
quod oporteat semper de peccato dolere .  
e pec ¶ Præterea, Eccles. 5. dicitur, De propitiatio pec-  
cato noli esse sine metu . Ergo homo semper debet  
e pe dolere ad peccatorum propitiationem habendam .

RESPONDEO dicendum, quod in contritione ut  
dictum est \*, est duplex dolor . Unus rationis, qui est  
mpu detestatio peccati a se commissi. Alius sensituæ par-  
uodatis, qui ex isto consequitur: & quantum ad utrumque,  
Sicut contritionis tempus est totius vitæ præsentis status .  
& p Quamdiu enim aliquis est in statu vite, detestatur in-  
eccatoe nomoda , quibus a peruentione ad terminum vite  
seca retardatur, vel impeditur . Vnde cum per peccatum  
I nec præteritum, vite nostra cursus in Deum retardetur;  
quia tempus illud quod erat deputatum ad correndū,  
d per recuperari non potest : oportet quod semper in vite  
or per huius tempore, status contritionis maneat , quantum  
go in ad peccati detestationem . Similiter etiam quantum  
contrit ad sensibilem dolorem , qui ut pena a voluntate  
assumitur . Quia enim homo peccando, pœna  
st est eternam meruit , & contra aeternum Deum pecca-

D 2 vita

uit: debet pena aeterna in temporalem muras  
saltum dolor in toto hominis aeterno, id est,  
statu huius vitae, manere. Et propter hoc dicit  
go de Sancto Victore \*, quod Deus absoluens ho-  
nem a culpa & pena aeterna, ligat cum vinculo;  
petuæ detestationis peccati.

\* in libro  
summa sen-  
tentiarum  
tract. 5.  
6. II.

Ad primum ergo dicendum, quod erubescit  
respicit peccatum solum, in quantum habet tur-  
dinem: & ideo postquam peccatum, quantum  
culpam remissum est, non manet pudori locus:  
net autem dolori, qui non solum de culpa est,  
quantum habet turpidinem, sed etiam in qua-  
habet nocumentum annexum.

Ad secundum dicendum, quod timor sen-  
quem charitas foras mittit, oppositionem habe-  
charitatem ratione seruitur: quia penam respi-  
Sed dolor contritionis ex charitate causatur, v-  
erum est \*: & ideo non est simile.

\* q. 3. a. 1  
ad 3. &  
art. seq.

Ad tertium dicendum, quod quamvis per pa-  
tentiam peccator redeat ad gratiam pristinam &  
munitatem a reatu penæ: numquam tamen redi-  
pristinam dignitatem innocentiae: & ideo sem-  
ex praeterito peccato aliquid in ipso manet.

Ad quartum dicendum, quod sicut non debet  
mo facere mala, ut veniant bona: ita non debet  
dere de malis, quia ex eis occasionaliter proueniunt  
bona, diuina gratia vel prouidentia agente: quod  
illorum bonorum, peccata causa non fuerunt,  
magis impedimenta: sed diuina prouidentia ea  
fauit, & de ea debet homo gaudere, de peccato  
autem dolere.

Ad quintum dicendum, quod satisfactio attein-  
tur secundum penam taxatam, quæ pro pecto  
iniungi debet: & ideo potest terminari, ut non  
oporteat ulterius satisfacere. Hæc autem pen-  
principiè proportionatur culpæ ex parte consen-  
nis, ex qua finitatem haberet. Sed dolor contritionis  
responderet culpæ ex parte querionis, ex qua ha-

qui

quandam infinitatem: vnde & contritio semper debet manere; nec est inconueniens, si remoto postea remaneat prius.

## ARTIC. II.

*Vtrum expedit continue de peccato dolere?*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod non expedit continuè de peccato dolere. Expedit enim quandoque gaudere: ut patet Philip. 4. super illud, Gaudere in Domino semper: dicit glos. \*quod necessarium est gaudere. Sed non est possibile simul gaudere & dolere. Ergo non expedit continuè de peccato dolere.

**¶ 2** Præterea, Illud quod est de se malum & fugiendum, non est assumendum nisi quatenus est necessarium, ut medicina ad aliquid: sicut patet de vñtione & sectione vulneris. Sed tristitia de se malâ est, vnde dicitur Eccles. 30. Tristitiam longe expelle à te: & subditur causa, Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Hoc etiam Philosophus dicit in 7. Ethicorum, & 10. \* Ergo non, \*l. 7. s. 13 debet amplius dolere de peccato, nisi quatenus sufficit ad peccatum delendum. Sed statim post primam contritionis tristitiam peccatum deletum est. Ergo non expedit ulterius dolere.

**¶ 3** Præterea, Bernardus dicit, Dolor bonus est, si continuus non sit: mel enim absynthio est adniscendum. Ergo videtur quod non expedit continuè dolere.

SED contra est, quod \*Augustinus dicit, Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat.

**¶ 4** Præterea, A&us, in quibus consistit beatitudo, expedit semper continuare quantum possibile est. Sed huiusmodi est dolor de peccato: quod patet Matth. 5. Beati qui lugent. Ergo expedit dolorem, continuare quantum possibile est.

RESPONDEO dicendum, quod hæc est conditio in actibus virtutum invenia, quod non potest in suis accipi superfluum & diminutum: ut in 2. \*Ethic. fin.

14

Glossa op  
din. ibid.

In lib de  
vera &  
falsa Pœ  
nit. t. 13.  
in fin. t. 4  
& Mag.  
4. sent. d.  
14 §. A  
in fin. de  
pœni. d. 3

\*l. 7. s. 13

¶ 14.

D 3 pro-